

3 To be read after *Latin for Reading* L.25

Gods, men and heroes

Deōs esse immortalēs, hōminēs autem mortālēs Graecī antīquī arbitrābantur. Est tamen tertium genus, inter deōs et hominēs positum, eōrum quī heroēs appellantur.

Aliī heroēs sunt virī fortissimī, quī saepe mortālēs ā monstrīs liberāre audent, ut Perseus vel Theseus vel Herculēs. Aliī sunt sapientiōrēs cēterīs hominibus, ut Ulixēs. Aliī, ut Orpheus, arte suā musicā et deōs et hominēs et animālia et arborēs et saxa movēre possunt.

Multī heroēs semi-mortālēs aut ē matre mortālī et patre immortalī, aut ē matre immortalī et patre mortālī nascuntur. Herculēs filiū Jōvis, rēgis deōrum, et Alcmēnae esse dicebātur. Achillem, maximum omnium heroūm, cui pater mortālis nōmine Peleus erat, mater Thetis, nympa maritima, peperit. Magnō in honōre tenēbantur heroēs. Post mortem, Graecī eōs deōs fierī arbitrābantur eīsque sacrificia dabant.

Note: for the meaning of the morpheme (bā) see L. 26

Vocabulary

aliī . . . aliī	some . . . others	nympa, -ae, f.	nymph
alius . . . alius	the one . . . the other	pariō parere peperī partus	to bring forth, to give birth to
arbor, -oris, f.	tree	ponō (3)	lay, put, place
genus generis n.	kind, race	sacrificium, -i, n.	sacrifice
heros, -ois, m.	demigod, hero	saepe	often
immortalis, -e,	deathless, immortal	saxum, -i, n.	a rock
maritimus, -a, -um,	of the sea, marinetertius, -a, -um	third	
musica, -ae, f.	music, poetry	vel	or